cum eodem Ill.mo Actore anno 1639. intervenien-
tibus, eisdemque in suo robore et viridi obser-
vatione sacrosancte manentibus, neque omni-
ino eo stante, in quo ante hac fuit, iuxta earun-
dem Investiturarum tenorem relicta, neque
quin posthac eadem, cum Ordinibus Regni
agat, via Ill.mo Actori praeclusa, citra tamen
derogationem, et praejudicium Juris Generosi
Moderni citati, eundem Ill.mum Curlandiae
Ducem Incompetentem hoc in puncto Actorem
esse adinvenit. Quapropter concernit exem-
ptionem eorundem bonorum et hypothecam in
iisdem pro summa 30.mo talerorum, licet quidem
idem Ill.mus Actor manifestationem eo
nomine anno 1585. factam ac consensum
Ser.mi fel. mem. Parentis S. R. M. desideratis-
simi, anno 1591. benigne concessum, ac Decre-
tum Commissoriale 1597. tum Constitutionem
Regni 1609. et varia responsa Comitialia
ratione dictae exemptionis, et hypothecae
producat. Nihilominus tamen cum Antecces-
sores Ill.mi Actoris intra biennium et tri-
mestre secundum Juris praescriptum et im-
memorabilem huius Regni seu Curiae
Consuetudinem omnium eorum exemptio-
nem neglexerint, proindeque Jura et Pri-
vilegia ipso facto amiserint nulliusque
sunt roboris et momenti. Generosus autem
Citatus ex Privilegijs et Documentis